Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31714
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



colluctatio aduersus carnem
et sanguinem: sed aduersus prin
cipes et potestates tenebrarum
harum. In his superant uitia. Be
ne preparat contra hec. qui ea ita
abhorret et a sua communione re
pellit: ut etiam non nominentur
apud se. futurum est bellum: absti
neamus nos ab his que impediunt pug
nam nostram. Thelesphorus papa iu
cinus post beatum Petrum apostolum
in sede romana constituit: ut per
vii. ebdomadas abstinentiam obser
uarent. quod adhuc multi fa
ciunt. Quod tempus tunc obdu
as causas. L. placuit uocari. L.
quia in ordine quinquagenarius
numerus. post quadragenarium.
uel quia ex inde L. dies sunt in
sanctam resurrectionem. Post modum
melciades papa. natione affer:
xxx. iiii. post sanctum petrum. ut ne
mo presumeret in prima. L. v. fratrum
ieiunare. in prima. propter dominum
resurrectionem. in. v. quia in ea
cenauit dominus cum discipulis suis:
et in ea ascendit in celum. Tunc
placuit fidelibus ut. viii. ebdoma
das consecrarent ieiunio. et pri
mam dominicam sexagesimam nomi
narent. non propter sexagenarium

dierum numerum. sed propter u
sum locutionis nostre. quia sicut
quadragenario quinquagenarius
ita quinquagenario sexagena
rius. et sexagenario septuagena
rius coaptatur: A sexagesima
usque ad pascha. viii. sunt ebdo
made. e quibus singulis si primam
et v. fratrum de abstinentia abstrahas.
ut melciades instituit: et ipsum
diem sanctum pasche: xl. tantum dies
remanent abstinentie. ad imita
tionem domini nostri ihesu xpi. Lxx. ideo
fertur a fidelibus celebrari:
ut decimas dierum deo reddere et
nichilominus primam et v. fratrum:
et sabbatum a ieiunio possint re
laxare: A lxx. namque in pascha.
viiii. ebdomade que faciunt.
Lx. iiii. dies. ex quibus si de una
quaque ebdomada. iii. prefatos
subtraxeris. et secundum paschalem
diem: xxx. vi. dies in decima
tione anni ieiunas. Iue autem
qui sabbatum constituit hono
randum non propter legalia man
data hoc fecit: sed quia requi
euit illa die dominus in sepulchro.
Lxx. tendit ad sabbatum quod
dicitur albe. quando hi qui in uigi
lia pasche baptizantur alba